



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

7. Clerici Monachi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

Exempla habes in S. Huberto,
S. Friderico, Alberto, Ioanne,
& alijs.

7. *Clerici, Monachi.*

Tot illa, quæ memorauimus,
Templa, tot Altaria, sine
Ministris, & Clero, frustra cõ-
parata videantur. Ipsi Episco-
pi, sacrorum Principes; deserti,
& solitarij sint, nisi Sacerdotes,
Diaconi, Hypodiaconi, alijque
inferiores Administri ijs assi-
stant, sacramque Pompam du-
cant, & exornent.

Sine his nunquam Cathe-
dralis Ecclesia, nunquam tot
Collegiatæ, tot Parœciæ, tot
Monasteria, tot Sacella, aliaq;
sacra Domicilia, fuerunt, aut
esse potuerunt. Hæc etsi con-
stant: ex ijs tamen, quæ antea
diximus, repetere potes ista.

Cle-

Clericos in S. Seruatij Ecclesiâ constituit S. Monulphus: Canonicos Richarius, Notgerus, Albero atque alij. Magnificè hi triumpharunt de nepharijs Dæmonibus. Historia digna est, quæ iterum, ac tertio relegatur, vti eam tradidimus in Iohanne de Arkel, 77.

Monachismus, quanto semper in honore Leodij fuerit, inde patet, quòd non modo Monachos instituerunt, & honoribus affecerunt multi Episcopi, vt Walcandus, Franco, Farabertus, Reginardus: sed multò etiam magis, quod à Monachis instituti, atque adeo Monachi ipsi fuerunt, vel ante Episcopatum, vel post ipsum, & illo Monasterij amore relicto. Atque hi plerique Martyres, vel alioqui magni Sancti fuerunt,

vt Amandus, Remaclus, Theodardus, LAMBERTVS.

8. *Amplitudo, & Maiestas
Ecclesie Leodiensis, ma-
ximè Cathedralis.*

NEGARI non potest, alias quo-
que esse Ecclesias, in quibus
Clerici, atque Monachi mag-
nificè floruerint, & floreat.
Sed ausim dicere, extra Roma-
nam, paucas esse, in quibus ea
sit Amplitudo & Maiestas, que
in Cathedrali Leodiensi, tot iam
Seculis perennat. Episcopum in
singulis reperias, Præpositum,
Decanum, Canonicos: sed ha-
bet Cathedralis Ecclesia Leo-
diensis præter hæc omnia, Ar-
chidiaconos: neque illos vnum
alterumve, vt in alijs videmus:
sed omnino septem; quorum
longè,